

Serenissime Princeps Elector

77
61

Quandoquidem Elect^{lis} Cels^{do} Vra, me, antehac in aula Ce-
saræa, Oratoris Regij munere fungentem, tot tantisque bene-
volentia argumentis sibi deuinxit, ut nullum temporis inter-
vallum, nulla locorum distantia, humanitatis eius memoriam
in me delere potuerit. Atque iam Regia Cath^{ca} Sue^{læ} Ma^{ti}.
Dno meo clement^{mo} placuerit, Belgij Gubernationem Generalem
humeris meis imponere, officij mei inprimis esse duxi, Elect^{lem}.
Cels^{nem} Vram hac de re certiore facere, eidemq; promptissima
obsequia mea et studia, eodem, maioriq; si fieri poterit, officio-
sissimi animi affectu, quo Elect^{lem} Cels^{nom} Vram, colui presentem,
et absentem prosequi minimè desij, iam ex propinquo denuò sub-
mississime deferro; nunquam non reipsa testaturus, nihil in
hoc munere mihi posse obtingere gratius, quam ut crebras nan-
ciscar occasiones, meipsum, et quicquid deuinctissimus animus
reponere potest gratitudinis, Elect^{lis} Cels^{nis} Vre, seruitio,
sedulo impendendi. Eandem enixè rogans velit huius, ex
sincero corde proficiscentis oblationis persape experimentum
facere; Cui de cætero prosperos rerum omnium successus

2. al

Canon. M. 1111